



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Nuclevs Casuum Conscientiæ Sive Brevis Notitia Eorum  
quæ scitu vel necessaria, vel valde utilia sunt  
Confessarijs in primo ingressu ad audiendas Confessiones**

**Agostini, Giuseppe**

**Coloniae Agripp., 1644**

Missa in priuatis adibus non celebranda, n. 55.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41767**

de confessionibus secularium audiēdis, id quoque non minori ratione de administratione Baptismi , vel Sacrosanctæ Eucharistię extra suas Ecclesias, vel extremę vunctionis, ac multò magis de solemnizatione aut benedictione matrimonij, quæ debent à proprijs Parochis ministriari, est vetitum ; Proinde nulli Regulares , nisi de expressa nostra , vel nostri Vicarij generalis, vel proprij Parochi licentiā, audeant extra suas Ecclesias vlla Sacra menta, præter pœnitentię, administrare; quin etiam, si audierint aliquius infirmi confessionem in domo priuatâ , id significant proprio eius Pastori ; sed nullatenus præsumat ægrotō deferre secretō & sine lumine Sacrosanctam Eucharistiam, quod ne quidem ipsis Pastoribus permittitur ; nec sollicitent ipsos ægrotos ad eligendum in ipsorum Ecclesijs sepulturam; & si sponte eam elegerint , Ecclesiæ nihilominus Parochiali sua iura seruentur.

*Clem. Religiosi de Priuilegi.*

*Missa in priuatis adib⁹ non celebranda.*

**LV.** *Quod concedi consuevit desiderijs*

derijs diurno morbo laborantium, de  
Missa in suis ædibus interdum celebrā-  
da, paulatim longius progressum est, &  
tandem in apertū abusum contra sacros  
Canones & irreligiosè usurpatum. Cui  
malo occurrere volens Conc. Trid.<sup>b</sup> (vt  
omnis irreuerentiæ circa Missæ sacri-  
ficiū tollatur occasio) statuit & absolute  
ordinavit, ne quis secularis aut regularis  
priuatis in domibus atque omnino ex-  
tra Ecclesiam & ad diuinum tantū cul-  
tum dedicata oratoria; ab Ordinarijs de-  
signata & visitata, sanctum Missæ sacri-  
ficiū peragere præsumat. Quæ quidē  
ordinatio vt pro rei grauitate exactiorē  
obseruationem habeat, seuerè iniungit  
mus omnibus & singulis Ciuitatis & Ar-  
chidiœcessis nostræ Pastoribus ac Pres-  
byteris, tam secularibus, quam regulari-  
bus quibuscunque, ne quisquam præ-  
textu cuiuscunque antiquæ consuetudi-  
nis vel statuti, aut priuilegij deinceps  
dictæ ordinationi Concilij Tridentini  
controueniat, nec in priuatis ædibus aut  
omnino extra Ecclesiam seu Oratorium  
ad diuinum tantummodo cultum dedi-  
catum, & Archiepiscopali nostra aucto-  
ritate

ritate designatum & visitatum, Sacro-  
sanctum Missæ officiū celebrare audeat,  
mandantes pariter laicis quibuscunque,  
ne per aliquos Presbyteros etiam exem-  
ptos, in suis ædibus sacrificium Missæ, a-  
liqua ratione celebrari petant, aut patiā-  
tur. Si quis autem huic decreto Tridentino, ! & prohibitioni nostræ contraue-  
nerit, tam is qui celebrauerit, quam qui  
Sacerdotem ad celebrandum requisue-  
rit, aut admiserit, arbitrio nostro graui-  
ter punierur, non obstante Apostolico  
priuilegio , quo ei facultas id faciendi  
indulta erat; nisi illud prius nobis aut ge-  
nerali nostro Vicario exhibitum & Ar-  
chiepiscopali nostra auctoritate appro-  
batum fuerit. Pastores autem subditos  
suos, qui morbo detenti, Ecclesiam vi-  
litare non possunt, doceant ut pia deuo-  
tione preces suas iungant cum illis, qui  
corporali præsentia diuinis officijs in-  
tersunt. Et ut ad excitandam deuotionē  
obseruent diuinorum officiorum tem-  
pora, vel campanarum pulsū, per quē  
significatio fit sacrorum quæ in templis  
peraguntur, & vbi corpore adesse non  
possunt, corde & pijs orationibus sc̄e  
præ-

præsentes statuant. Quod dum religiosè faciunt, & obedienter ordinationibus parent, per quas antiqui Canones in vsum reuocātur, plus in vera pietate proficiunt, quam si ex priuata deuotione, ad domesticas Missas importunè consensum extorqueant, vel sub prætextu Privilegij, irreligiosam foueant singularitatem.

a c. Sicut c. Missarum s. hic ergo c. nullus presbyter. c. non oportet. c. clericos de consec. dist. i. b Conc. Trid. sess. 22. in decreto de obser. & euit. in celebratione Missæ.

Nemo ignotus seu peregrinus, etiam Regulæ ad celebrandam Missam, Sacra- menta ministranda, aliave diuina peragenda admittatur absque licentia Archiepiscopali.

LVI. Ne per vagos & aut ignotos Sa- cerdotes aliquid noui in ritibus & cære- monijs diuini officij introducatur. vel a- lioquin nascatur scandalum, aut irreue- rentia, quæcumque, cum sacrum Oecu- menicum Conc. Trid. tum Prædecesso-

res